

Mythologia, Venise, 1567 - V, 20 : De Tellure

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 20 : De Tellure](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 21 : De Tellus Deesse & Genie de la Terre](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 20 : De Tellus, Deesse & genie de la Terre](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 20 : De Tellure, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 05/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/871>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination166r°-166v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Tellus](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

lis rationē suauioris vitæ scilicet & humanioris monstrauit hominibus, cū illos dispersos & ferarum more peruagantes in vnum locum deduxerit, & pascere, & armenta custodire docuerit, cum nullā vtilitatem homines prius ex armentis perciperent. Nec me tamen preterit fuisse nonnullos qui ad historiam rem deduxerint, cum dicant Aristzum genitum fuisse ab Apolline, qui Cyrenen eximia pulchritudinis virginem raptam in Libyam portatam compressit: idque licitum fuisse propter Thessalorum migrationem, qui loci eius amonitate capti, vbi Cyrene vrbs postea condita fuit, ibi habitare decreuerunt, ac nihil in hac historia est mirabilitatis, nihil cur res perpetua memoria digna appareat. Enimvero per Aristzi fabulam nos antiqui ad prudentiam hortabantur, vt breuibus rem complectar, cum illa sola & rebus nostris assidue sit adiumento vt melius se habeant, & vitam faciat faciliorem suauioremq̃ mortalibus: quippe cum imprudentiæ multa damna, multaq̃ insuauitates & molestiæ sint sociæ. ac nūc de Tellure dicamus.

10

De Tellure.

Cap. XX.

Tellus quibus parentibus orta sit, non facile est consequi coniectura; quam alii ē Litigio, alii ē Demogorgone, nullis tamen antiquorum testimoniiis freti, quod ego videam, dixerunt. Hesiodus in Theogonia hanc statim post Chaos natam fuisse scribit, neque tamen certos parentes illi tribuit ita, inquit;

10

ταῦτά μοι ἔπειτα μύθοισι θεόμοισι δόμας ἔχοντες
Ἢὲ γάρ γε, καὶ ὅπως ἔστι πρῶτον γενέσθαι αἰῶνα.
ἥτις μοι πρῶτον χάρις γένετ', αἰὲρ ἰσπανα
ταῦτ' ὠρόσθ' ἔπειτα αἰετὸς ἔστι ἀσφαλὲς αἰὲ
Ἀλυστὸν.

Dicite coelestes primum hoc ab origine Musæ,
Dicite quid prius illorum se erexit in ortum.
Ante chaos genitum. post lato pectore Tellus,
Nata Deum superum ac cæli firmissima sedes.

30

Hanc, quam alii Tiranis, alii Cæli vxorem esse putauerunt, vt sensit Homerus in hymno in Tellurem, quam etiam omnium matrem appellauit in eo carmine;

χαῖρε θεῶν μήτηρ, ὧν καὶ ἡμεῖς ἀσπρίσμεν.

Salue magna parens diuum, ac stellantis Olympi.
Coniux.

Herodotus tamen in Melpomene, Tellurem, quæ eximiè colebatur apud Scythas, Iouis vxorem existimatam inquit in his; θεῶν δὲ μήτηρ πάντες ἱκανοὶ εἶναι. ἵτις μοι μάλα γὰρ ἐπὶ δὲ δεῖναι, καὶ εἰς, σπουδῆς ἐπὶ εἰς τὸ δεῖν ὅπως γινώσκονται. Deos solos hos placant. Vestam quidem præcipuè, postea verò Iouem ac Tellurem; Iouis vxorem Tellurem existimantes. quamuis Hesiodus non vxorem, sed matrem Cæli illam vocauit in his;

40

ταῖς δὲ μοι πρῶτον μοι ἔμμεναι ἴσως ἔστω

Ὀὐρανὸς ἀσπρίσθ' ἵνα καὶ σπέρματα γένωνται.

Alma sibi peperit Tellus æquale supernè

Cælum, quod stellis fulgens circumtegit illam.

Cum vero omnia corpora naturalia, omniaque elementa ex se inuicem gi-

gnantur,

Mythologia

gnantur, quibus omnibus propè sedes est tellus, eam merito Deorum ac hominum matrem vocarunt, vt testatur in his Orpheus;

Γαῖα Διὸς, πάντων ἀνδρῶν, θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων.

Alma Deum mater Tellus, materq; virorum.

Sic etiam Apollonius libro tertio Argon.

Γαῖα Διὸς ἑταῖρα, λαῶν ὅλης ἑὸς ἰστίη.

Alma parens superum Tellus, mea robora quanta.

Fuit autem Tellus inter Deos terrestres & inferos exallimata, vt scriptum reliquit Aeschylus in Persis;

10

Ἀλλὰ χθονὶ δαίμονι ἄντι

τῆτι, καὶ ἑρμῇ, θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων.

Sed o terrestres daemones puri

Tellus, Mercurique, Rex & inferum.

Hæc Regina etiam vocata fuit, vt scripsit Euripides in Electra;

Σὺ δ' ὦ πάτερ γῆς ἀνέστης οὐκὼς πάντων,

καὶ γῆς ἀνέστης, χθονὶ δ' ἀνέστης ἑρμῇ.

Et tu pater locos profanos incolens

Telluris, ac Regina Tellus cui manus

Trado.

20

Fuit præterea multis nominibus appellata, vt ait Aeschylus in Prometheus, quam etiam satidicam dixit in his;

Ἀλλὰ καὶ γαῖα πολλὰς ἐπικράτας, καὶ ῥῆς

τοῦ μέλλου ὁ κρείττους προέβουλον.

Sed Tellus multorum nominum, facies una.

Futurum quæ fieret vaticinata est.

Memorix prodidit Paus. in Phocicis Tellurem primū Delphis responsa dedisse, atque Daphnen delegisse sibi sacerdotem: deinde celsisse illam sedem, atque oraculorum locum dono dedisse Themidi, quæ postea illum Apollini reliquit; hæc causa fuit etiam cur magna Dea vocaretur, vt idem ait in Atticis. Hanc etiam Cererem vocari præterea scripsit ita Euripides in Bacchis;

30

Δαίμονος Διὸς

τῆς ὄψης, ἐπικράτης, ἐπὶ τῆς θεῶν, καὶ ἀνθρώπων.

Ceres Dea est

Tellus, vtram magis libet voces licet.

Huic Dex mos fuit apud antiquos agnam nigram immolare, vt testatur Hom. lib.3. Iliad.

ἀντιπύρρον δ' ἔτι περ Λυκίῃ, ἱερὸν δὲ μέλαινα

τῆτι καὶ ἡλίῳ.

Ferte agnum nigrum, atque agnam portabitis atram,

Telluri ac Soli.

40

Horatius porco etiā rem sacram fieri solitam Telluri inquit in eo carmine; Tellurem porco, Sylvanum lacte piabunt.

Cum tamen scribat Aeschylus in Persis inferias Telluri tanquam inferis offerri solitas. quid sit Tellus omnibus patet; at cur sinxerint antiqui illam Titanis aut Cœli fuisse uxorem, illis patebit, qui in illam solem assidue age re considerant, illamque tanquam feminam solis ipsius calore ad generationem excitari, & tanquam semina ex omnibus elementis vim condensam in se recipere. ac de Tellure tot breviter dicta sint.

De